
J. Pacius: De procuratoribus et defensoribus.

~~1797.~~


1597

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

8,-96 LN bis 156a
DET KONGELIGE BIBLIOTEK
130019013201

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

THESES DE PROCVRATORIBVS ET DEFENSORIBVS,

QVAS,

DEO OPT. MAX. ADIVVANTE,

Sub præſidio

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI VIRI, D. IVLII PACII A BERIGA, IN CELEBERRIMA GENEVENSIVM SCHOLA Iuris Anteceſſoris digniſſimi, Præceptoris ſui plurimum obſeruandi,

Excutiendas proponit

OTTHO BRAHE AXILLI F.

Menſe Februario.

GENEVAE,
Ex Typographia Gabrielis Carterij.

Anno M. D. XCVII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

BIBLIOTHECA
REGIA
HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

CONTINVATIO.

CVM in iudiciis rectè inſtituendis plerumque in principio de procuratorum perſonis quæratur, vtrum ad agendum negotium mandatum habeant à domino, necne [a]: ideo non inconuenienter poſt tractatum de poſtulando, ſubiicitur de procuratoribus & defenſoribus [b].

a *l.licet 24.C.h.t.* b *VVeſemb.in parat.ff.h.t. in prin.*

THESIS I.

Procurator eſt, qui mandatu domini aliena negotia adminiſtrat.

l.1.D.& d.l.24.C.h.tit.

II.

Eſtque vel omnium, h. e. vniuerſorum bonorum, [a] vel certæ alicuius rei negotijve. [b] Hic ſpecialis, Ille vniuerſalis procurator; Nonnunquam etiam Generalis in iure dicitur. [c]

a *l.1.§.1.l.mandato 60.D.h.tit.* b *d.l.1.§.1.* c *l.procurator 58. D.eod.*

III.

Secundò aut in rem ſuam, aut in rem alienam procurator conſtituitur. In rem ſuam conſtitui dicitur, qui quidem alienum negotium, ſed ad ſuum tamen emolumentum mandatu domini gerit, [a] qualis eſt ille, cui dominus actiones ſuas vendidit, vel alio modo ceſſit. [b] Ex his itaque apparet, quis ſit procurator in rem alienam. [c]

a *l.ſeruũ 33.§.fi.D.h.tit.* b *l.procuratore 33.l.ſi quis 34.D.eo.* c *Ex natura contrariorum, quorum vno cognito etiam alterum cognoſcitur fac.text. notab.in princip.Inſtit.De his qui ſui vel alieni iur.*

IIII.

Tertiò procurator alius eſt iudicialis, alius extraiudicialis. Ille in Iudicio, hic extra iudicium negotia adminiſtrat.

d.l.ſeruum 33.h.tit.VVeſenbec.in Paratit. hîc n.3.

V.

Denique alius dicitur Verus procurator, alius falſus. Verus (& quidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

propriè ſic dictùs) quis procurator ſit, in theſi.1. habuimus. Falſus eſt, qui vel nullum legitimum mandatum, vel reuocatum, aliove modo extinctum habet: puta morte domini.

l. licet 24. C. h. tit. l. 56. D. de iudicijs. arg. l. 19. C. de furt. VVeſenb. in paratit. d. n. 3.

VI.

Poſitis itáque breuiter differentijs ac diuiſionibus procuratorum, nunc videndum qui procuratores conſtituere, & qui conſtitui poſſint. [a] Et cum ſit de genere permiſſorum, tenenda erit regula: Omnes poſſe conſtituere & conſtitui, qui non prohibentur. [b]

a *VVeſenb. in Paratit. hîc n. 4. & per rationem. ſup. th. 3. ad lit. C* b *l. mutuus 43. § 1. D. h. tit.*

VII.

Prohibentur autem procuratorem dare: Primò generaliter ij, qui conſentire non poſſunt, [a] quorum numero infantes, pupillos ſine tutoris autoritate, mente captos, furioſis, ebrios, & ſimiles complectimur [b]. Minor quóque curatorem non habens, ſiue eum habens abſque eius autoritate, procuratorem ad iudicia non dat. [c]

a *quod vel Natura, vel lege prohibente contingit. Vid. VVeſenb in paratit. D. de pactis num. 5.* b *VVeſenb. d. loco & l. neque 11. C. h. tit. Idem VVeſenb. in paratit. h. tit. n. 4.* c *dd. locis.*

VIII.

Secundò, in genere ij procuratorem non dant, qui domini litis non ſunt, vt ſunt: Syndici Vniuerſitatum, tutor, curator, ante litem conteſtatam. [a] Filius tamen familias, quamuis dominus ſit, procuratorem ad iudicij dare prohibetur, niſi ijs caſibus, quibus actionem habet [b].

a *l. nec ciuitatis 74. D. l. neque 11. C. h. tit. l. nulla 23. C. eod.* b *l. filiusf. 8. D. eod. VVeſenb. d. n. 4. l. 18. § 3. D. de iudicijs.*

IX.

Tertiò, excommunicati, [a] banniti [b] capti ab hoſtibus, [c] Et ſimiles procuratorem dare prohibentur. Muti & Surdi eo modo dant, quo dare poſſunt, nutu videlicet aut ſcriptura [d].

a *cap. fin. Vbi gloß. Extr. de Procurator.* b *quia omnia amittunt, & ciuiliter mortui ſunt. Andreas Gail. lib. 2. de Pace publica cap. 12.* c *l. ab hoſtib. D. ex. quib. cauſis maiores VVeſenb. d. n. 4.* d *l. mutus 43. in prin. D. h. tit.*

X.

Hæc de ijs qui dare poſſunt. Nunc videamus qui dari poſſunt: Quòd eâdem regula quam ante tradidimus [a] expeditur. Vbi ſciendum, minores 18. annis iure Ciuili [b] (Iure autem Canon. [b] minores 25. annis,) fœminas mili-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

[c] milites, eos qui Reip. cauſa abfuturi ſunt, aut qui perpetuò morbo laborant & ſimiles [d] à procuratorio munere arceri.

a *ſup.th.3.b.l. 13. D. de manumiß. vind.* b *cap. qui generaliter de procuratorib. in 6.* c *quia procurare eſt officium virile ad quod fœminæ non admittuntur l. alienam 18. C. & l. neque fœminæ 54. D. eo. arg. §. 2. verſ. defendi enim Inſt. de Iniuriis.* d *de quib. vid. d. l. 54. D. d. t. & §. fi. Inſt. de Except.*

XI.

Quod tamen de Iudiciali procuratore intelligi volumus. Nihil enim vetat quominus ad exraiudicialia negotia fœminæ, minores, milites, ſerui, Item mutus & ſurdus adhibeantur.

VV eſenb. d. ſæpe nu. 4.

XII.

Infames an procurare poſſint dubitatum antea fuit. Nos id affirmare non verebimur.

§. fin. Inſtit. de Except. vbi Borch. & Dd. VV eſenb. d. n. 4.

XIII.

Quod ad materiam attinet ſeu res ſuper quibus procurator datur eadem regula ſupra tradita continetur, nempe ſuper omnibus cauſis ſeu negotiis procuratorem dari poſſe, niſi certæ excipiantur, vt ſunt: Iudicia publica criminalia, ad quæ perſequenda fruſtra procurator interuenit.[a] Et in ſumma, vbi pœna relegatione grauior venit imponenda, procurator non admittitur.[b]

a *l. pen. D. de publicis iudiciis.* b *VV eſenb. in paratit. hic n. 5. Iulius Pacius Centur. 2. quæſt. 40.*

XIV.

In cauſis quoque famoſis procuratorem non facilè admittemus.[a] Nobilibus tamen, & in illuſtri dignitate conſtitutis, eorúmque liberis vtriuſque ſexus indultum eſt, vt per procuratorem iniuriarum actionem criminaliter inſtituere & ſuſcipere poſſint.[b]

a *l. non ſolum. 39. §. fin. D. h. t. adde VV eſenb. in paratit. hic n. 5. verſ. ſed an in iudiciis famoſis.*

XV.

Forma dandi procuratoris eſt, quòd conſenſu vel tacito vel expreſſo conſtituatur.

per allegat. apud VV eſenb. hic n. 6.

XVI.

Quin & per Epiſtolam vel nuncium abſentem procuratorem conſtitui poſſe dubium non eſt.[a] Nec refert vtrum vnus an plures [b] conſtituantur, ab vno vel à pluribus.[c] Ratihabitione quoque procurator legitimatur.[d]

a *l. 1. in fin. l. ſi procuratorem 56. D. eod.* b *dummodo coniunctim &*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

in ſolidum conſtituantur l.ſi quis 31.l.38.D.h.t.l.3.D.fam.Erciſc.Jul. Pac.ad tit.C.communi diuidundo cap.1.§.indiuiduum,& cap.7.§.Quinto ſi vnus &c. eod.tit. c *d.loco.Et VV eſenb.in parat.hîc d.nu.4.in fine.* d *Ratihabitio enim mandato æquiparatur l.12.§.fin.D.de ſolutionib.*

XVII.

Huc [a] etiam referri poteſt quod de procuratore generali & ſpeciali, Item de eo qui in rem ſuam vel in rem alienam, in iudicio vel extra iudicium ſupra [b] dictum eſt, Et breuitatis, ſeu potius euitandæ Tautologiæ cauſa, hîc omiſſum.

a *videlicet l.ad formã.* b *theſ.2.3.& 4.vid.VV eſenb.prolixius d.n.6.*

XVIII.

Finis procuratorij mandati eſt, vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe non poſſunt, vel non volunt, per alios negotia gerere, agere vel conueniri poſſint. [a] Effectus eſt, quod actionem mandati Directam & Contrariam pariat. [b] Directa datur domino mandanti aduerſus procuratorem, tanquam mandatarium. [c] Contraria verò ipſi procuratori ſeu mandatario datur, contra dominum mandatem. [d]

a *l.1.§.vſus 2.D.h.t.* b *l.licet 42.§.ea obligatio.D.eod.*

c *l.ſi procuratorem 8.§.ſed etſi D.mandati.* d *l.qui proprio 46.§.item 5. D.h.t.vid. VVeſenb.h.tit. n.8. latius deducentem quid in hiſce actionibus veniat.*

XIX.

Finitur porrò procuratorium mandatum reuocatione quauis tempeſtiuâ, hoc eſt, ante litem conteſtatam [a]. Poſt verò non aliter quam cauſa cognita [b] item morte tam procuratoris [c] quam domini. [d]

a *l.ante litem 16.h.tit.* b *l.poſt litem 17.cum ſeqq.ll.* c *quocunque etiam tempore moriatur ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam l.57. D. de iudicijs l.ſi quis 27.§.morte D.mandati.VVeſenb.in parat.hic num.11.*

d *re adhuc integra.l.ſi defunctus 15.D.eod.*

XX.

Supereſt vt de Defenſoribus paucula quædam ſubiungamus. Defenſor eſt qui Iudicium Rei nomine ſuſcipit, eandémque vicem ſubit, quam reus ſubiturus eſſet. [a] Eſtque vel voluntarius vel neceſſarius. Voluntarius, qui ſponte & vltrò ad propugnandam amici cauſam accedit [b]: Ad quam quilibet, etiam extraneus, (quia defenſionis cauſa fauorabilis & priuilegiata eſt [c]) admittitur. [d] Neceſſarius quis ſit theſib. præcedentibus ſatis ſupérque expoſitum eſt [e].

a *l.ſed aliæ.35.§.defendere D.h.t.VV eſenb.in parat.n.12.hîc.* b *l.31. §.litem 2.de negot.geſt.l.tutori C.eod.* c *l.ſeruum.§.2.D.h.t.*

d *d.l. ſeruum §.2. VV eſ.d.loco.* e *quia procurator ad agendum datus neceſſariò quoque defendere cogitur tot.tit.D.de procuratorib.*

Co-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

COROLLARIVM.

Nobiles, Doctores & Licentiatos ſaluâ exiſtimatione procuratorio munere fungi non poſſe cum diſtinctione aſſerimus.

Tiraquel. de nobilitate c.30. Borch. Inſt. de except. §. fin. l.34. C. de decurionibus. & l.30. C. locati. l. quicumque 25. C. h.t. Vide benè hac de re diſſerentem Andr. Gail. 1. obſ. 43.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156a [8,-156a 4°]